



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Capriceps. Agelastos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

vero Coccyx appellatus est, eoque & Junonem concessisse, quæ simulac affedit, Jupiter in ejus avis effigie ad eam advolavit, seque in ejus genua projecit: repulit hunc Juno excusso peplo, at illa statim mutata facie acceptus ab ea est. Hinc apud Argivos Junonis simulacrum in throno collocari, in manu vero sceptrum poni, supra quod Cuculus. O lepidos & otiosos deos, qui puerilibus huiusmodi delectarentur: sed longe magis ineptos, qui talia scriptis mandare non erubuerunt.

NUPTIÆ. CAP. XXXII.

*At in Gallia
contra.*

Cum vero vincula jugalia curæ sint Junoni, putarim ego boni ominis causa, Cuculum deæ deditur: cari solitum: boni est enim augurii Cuculus, nostrique solent ex ejus cantu ducendæ uxoris tempus percontari. Caro autem ejus si in cibum autumnali tempore veniat, ceteros sapores exuperat.

VERNUM TEMPUS. CAP. XXXIII.

Est & verni temporis signum Cuculus: id quod vel imperitæ innotuit plebeculæ. Porro nuncium eum veris ponit Hesiodus:

ἤχομαι κόκκυζ κόκκυζ δὲ θεὸς ἐν πελάγοισι.

Ut cantum audieris quem reddit ab illice coccyx.

Tunc enim exultare hominem dicit, quia verum eo nuncio veris adventum intelligant. Pithochærus apud Aristophanem, Avibus, ubi Cuculum Ægyptiis imperasse dicit, tam eos ait quam Phœnices ad cantum hujus aviculæ, tanquam ad imperium, triticum & hordeum demetere solitos; temporis enim apud eos messis, quam in Græcia & in Italia fit.

DE CAPRICIPITE.

AGELASTOS. CAP. XXXIV.

*Sedes visus,
amoris, li-
bidinis &
iracundiæ.*

Hominem qui nulla jucundiore consuetudine possit ad risum allici, quod ejus expertus est, veluti Socrates fuisse fertur, ostendere si vellent, Capricipitem avem pingebant, quam sine omnino carere tradunt; in liene vero sedes est risus, veluti amoris in jecinore, libidinis in humbibus, iracundiæ in felle. Eaque de causa dictum, Columbam summam significare mansuetudinem, quod bile careat.

DE UPUPA.

FERACITATIS PRÆCOGNITIO. CAP. XXXV.

Upupam Ægyptii cum pinxissent, præcognitem vindemiæ feracitatem, sive latum ac plentium vindemiæ proventum indicant, latitiam scilicet aliquam affuturam, ut in Vite latius explicatur. Quia si ante vindemiæ tempus valde clangere audita fuerit, nimirum vini redundantiam præcognoscere creditur.

EBRIETATIS REMEDIUM. CAP. XXXVI.

*Perpetuo
Sirentem.
A Plin. l. 2.
s. 21.*

Hominem vero ebrietate laborantem, ac sibi remedium comminifcentem, significare cum vellent, Upupam & Capillum Veneris herbam pingebant: Upupa siquidem uvis vescitur immodice, ita ut plerumque inde ebria fiat, ac simulac se tentari sensit, Capillo Veneris decerpto efficacissime sibi medicatur. Herbam hanc ἀδίασον Græci vocant, ὅτι τὴν μὴ διαίνεσθαι, hoc est, eo quod minime macescat, neque quidem si aqua pertundatur, immergaturve, neque bruma putrescit, ut herbarum reliquarum. Summovent autem Upupam Divinæ literæ, quam piorum mensis inferri nolunt, querulam quippe volucrem, lugubrem atque luctuosam, quæ nihil unquam nisi mœstum & triste meditatur. Unde per alitit hujus hieroglyphicam, hominem vitiiis deditum intelligunt Theologi: propterea quod nemo magis querulus, magisque mœstus assidue est, quam unusquisque vir improbus atque flagitiosus. licet